

Circumspectè igitur agamus; ut sermo noster
semper ad Dei gloriam & proximi
commodum sit comparatus.

Col. 4, 6.

Quoniam verò in hanc legem ferè omnes no-
tabiliter peccamus : rogemus
Deum, ut per Christum peccata
ista nobis clementer remittat, &
per S. S. labia nostra aperiat ad
gloriosi nominis sui laudem, & di-
ficationem Ecclesiæ & æternam
nostram salutem, amen!

DOMINICA XLVI.

Ex Quæst. 113. & seqq.

DESIDERIA PRAVA SEM-
per vitanda.

TEXTUS Roman. 7, 7. & 8.

*Vers. 7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est?
Absit. Imo peccatum non cognovi nisi per
legem, nam ipsam quoque cupiditatem non
nossem esse peccatum nisi Lex dixis-
set, Non concupisces.*

*vers. 8. Sed peccatum occasione per illud prae-
ceptum sumpta effecit in me totam cupidita-
tem.*

QUÆST.